



1022.



S I fines, quorum gratia homines in ciuitates coierunt, recte intuemur: eo certe consilio id factum esse intelligimus, vt quisque ea, quæ habet, tenere quæque in alium sub certa lege translata vel vi alioque facto prohibito amissa sunt, recuperare facile queat. Variis hanc in rem ciuitatum institutis multa præclare comparata esse nemo in dubium vocabit. Aliæ autem huius generis leges palam & proxime eo spectant: aliæ alio quidem tendere videntur, re autem penitus perspecta officiorum mutuo præstandorum obligationem inuoluunt. In præsentia ad atheniensium & romanorum placita hac in re oculos dirigamus. Apud illos, teste LAERTIO † SOLON legem tulit: ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῶα

) (2

† Lib. I. Segm. 55.